

*MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80392-9*

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
“Foundations of Western Civilization Preservation Project”

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

BERGK, THEODOR

TITLE:

ANALECTORUM
ALEXANDRINORUM

PLACE:

MARBURGI

DATE:

1846

Master Negative #

91-80392-9

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

880.1 Bergk, Theodor, 1812-1881.
B454 Analectorum Alexandrinorum; Particula I. Mar-
burgi, Elwert, 1846.
33 p. 22 $\frac{1}{2}$ cm.

In honor of Prince Wilhelm II., Marburg.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA



FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 12x2A
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 12/30/91 INITIALS BJ
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT



AIM

Association for Information and Image Management




1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

880.1 B454
Columbia University
in the City of New York
LIBRARY



NATALEM SEPTUAGESIMUM
SERENISSIMI ET POTENTISSIMI
PRINCIPIIS AC DOMINI
GUILIELMI II.

ELECTORIS ET LANDGRAVII HASSIAE, MAGNI DUCIS FULDAE,
PRINCIPIIS HERSFELDIAE ETC.

LAETANTI PATRIAE SACRUM

AB

ACADEMIA MARBURGENSI

DIE XXVIII. M. JULII

ORATIONE IN AUDITORIO MAJORE HABENDA
CELEBRANDUM

INDICIT

THEODORUS BERGK,

PHILOSOPHIAE D. PHILOLOGIAE P. P. O. SEMINARI PHIOLOGICI DIRECTOR.

Inest Analectorum Alexandrinorum Particula I.

MARBURGI,

TYPIS ELWERTI ACADEMICIS. MDCCCXLVI.

W46

GUILLELMI II.

INSTITVTOR ET POTENTISSIMI

FRANCORVM AC BOLOGNÆ

LIBRARIUS

LIBRARIUS

LIBRARIUS

LIBRARIUS

LIBRARIUS

LIBRARIUS

THEODORI

880.1

B454

LIBRARIUS

LIBRARIUS

18 Feb 1921 Sm

Analectorum Alexandrinorum.

PARTICULA PRIMA.

De Eratosthenis Erigone.

Longinus, poetarum scitissimus existimator, Eratosthenis elegiam, quae Erigone inscripta fuit, carmen politissimum esse praedicat, in quo haud facile inuenias, quod jure in reprehensionem incurrat, quamvis neget comparari posse cum Archilochi divinis carminibus, in quibus quidem haud pauca insint, quae a proposito abhorreant; vid. de sublim. 33, 5: 'Αρ' οὖν "Ομηρος ἂν μᾶλλον ἢ Ἀπολλώνιος ἐθέλοις γενέσθαι; τί δέ; Ἐρατοσθένης ἐν τῇ Ἡριγόνῃ, διὰ πάντων γὰρ ἀμώμητον τὸ ποιημάτιον, Ἀρχιλόχου, πολλά καὶ ἀνοικονόμητα παρασύροντος, κἀκεῖνα τῇ ἐμβολῇ τοῦ δαιμονίου πνεύματος, ἣν ὑπὸ νόμον τάξει δύσκολον, ἄρα δὴ μείζων ποιητής; ubi quod Longinus cum Eratosthene Archilochum componit, potissimum elegiaca Parii poetae carmina respexisse videtur; et quod in Archilocho reprehendit, id fortasse maxime in nobilissimam illam cadit elegiam, quam ad Periclem scripsit de sororis marito, qui naufragio interemtus fuit: nam sane ibi videtur poeta nonnunquam latius evagatus fuisse, quamvis ipsius naufragii descriptionem summis laudibus efferat ipse Longinus c. 10, 7: Οὐκ ἄλλως

Ἄρχιλοχος ἐπὶ τοῦ ναυαγίου καὶ ἐπὶ τῇ προσαγγελίᾳ ὁ Δημοσθένης — ἀλλὰ τὰς ἐξοχὰς, ὡς εἶποι τις, ἀριστίνδην ἐκκαθήραντες ἐπισυνέσκηκαν, οὐδὲν Φλοιῶδες ἢ ἄσμενον ἢ σχολικὸν ἐγκατατάττοντες διὰ μέσου.

Omnino autem quod Callimachus praecipit, μέγα βιβλίον μέγα κακόν, secuti sunt omnes fere illius saeculi poetae, qui cum in tenui labōrant argumento, maxime satis faciunt, si quae majora moliuntur, fere improbantur. Ita non est mirum, si Erigonem quoque Eratosthenis carmen omnibus numeris absolutum esse censuerint veteres, cum Mercurius, amplum satis et eruditum opus, minus fuerit probatum. Singularis autem necessitudo inter Erigonem et Mercurium intercedit, quae olim latuit Bernhardyus, qui in Eratosthenicis negavit Eratosthenem quidquam praeter Mercurium versibus composuisse, itaque Erigonem existimavit particulam aliquam illius operis esse^{*)}. At recte Bachius in Diariis Antiquitatis a. 1837 p. 346 seqq. ostendit, Erigonem diversum a Mercurio fuisse carmen; idemque Erigones reliquias componere studuit, quae quidem opera minus ei cessit, itaque ipse quaedam correxi in iisdem Diariis a. 1841 p. 87, ubi

^{*)} Nam video, postquam ista scripseram, jam virum summum in historia litt. Graec. T. II. p. 1031 suam sententiam retractavisse, ubi haec leguntur: „Vor anderen aber Eratosthenes im Ἐρμῆς, der ausgehend von den Anfängen menschlicher Kunst und Wissenschaft die mathematischen Lehren mit der ausführlichen, mythisch verschönerten Erzählung von den Sternbildern vereinigte, dann die Blüte der Katasterismen in einen vortrefflich stylisirten, der Kritik unantastbaren (ἀμώμητον) elegischen Gedicht Ἐριγόνη niederlegte“ et supra p. 395: „Wenn man erwägt, dass Eratosthenes die Fabel vom Ikarius, die er schon in den Mercur aufgenommen hatte, nochmals in der idyllischen Elegie Ἐριγόνη mit besonderm Glanz und Interesse darstellte; und selbst hier findet man den Inhalt des Gedichtes, (wovon ausser den zwei Distichen des Prooemiums mindestens 6 Fragmente nebst dem in Matthaei Medic. Gr. p. 360 erwähnten sicher sind) unter einer allgemeinen Citation vorgetragen, ἵστωρεὶ Ἐρατοσθένους ἐν ταῖς ἐαυτοῦ καταλόγοις Schol. II. X. 29.“

contendi poetam eandem fabulam in Mercurio perstrinxisse, coniecique postea demum, quoniam materia satis larga satisque venusta visa erat, idem argumentum singulari carmine fusius persecutum esse. Alia quaedam de Erigone dixi in commentationum Criticarum Particula II. p. V. Denuo nuperrime in hoc argumento versatus est Fried. Osannus (de Eratosthenis Erigona, carmine Elegiaco scr. Fr. Osann. Gottingae 1846); at ne hic quidem vir doctissimus satis cavet ab erroribus, itaque operae videor pretium facturus, si eandem hanc quaestionem iterum sub examen vocavero. Nolo autem omnia, quae commentatus est Osannus, perscrutari, nam odi improbum hunc adversandi laborem, sed potissima tantum eligam.

Osannus autem fere idem statuit de necessitate, quae intercedat inter Mercurium et Erigonem, quod ego olim proposui, nisi quod censet Erigonem prius scriptam esse; dicit enim p. 4: „*Quod denique ponit Bernhardyus, quum Erigonae historia Mercurio inseri debuisset, vix fieri potuisse, ut eandem itentidem rem idem tractaturus fuisset, id nullius omnino videtur momenti, quum sumi possit elegiam de Erigona prius quam Mercurium scriptam esse, Erigonae vero res in Mercurio, ipsa ratione argumenti postulante, quam brevissimis verbis commemoratas esse.*“ Irritus fuerit labor, si quis de hac re disceptari velit, utrum carmen prius sit compositum, nec multum refert, utrum Osanni an meam sententiam quis probaverit: illud vero permirum est, Osannum, cum hic idem fere sit secutus, quod olim proposui, mihi paulo post adversari p. 6: „*Neque denique quidquam proficimus ex conjectura Bergkii, qui Bacchii sententia de peculiari Erigonae carmine probata, rem ita*

expediri censet, ut poetam idem argumentum prius in Mercurio tractatum postea singulari opere fusius persecutum esse statuamus“ hoc enim cum dicit, sibi potissimum adversatur, et id quod modo mihi concesserat, retractat. Nolo autem hanc inconstantiam pluribus persequi, cum Osannus in iis, quae sequuntur, rursus ad priorem illam sententiam omnia conformaverit, quemadmodum p. 10 scripsit: „*carmina reliquit Eratosthenes duo peculiaria, unum illud grandius Mercurio ab ipso inscriptum, in quo — non potuit non etiam Erigone Icarique res quamvis succincte exponere; alterum metro elegiaco compositum, quo seorsum Erigone fabulam tractavit fusius.*“ Nam hoc ipsum est, quod ego censui.

Ordiendum autem est a Scholiastis Homeri II. XXII. 29: Τὸν ἀστρώων κύνα οὕτως ἔφη· ἔνιοι δὲ Φασι τὸν καταστερισμένον κύνα οὐκ Ὠρίωνος, ἀλλ' Ἐριγόνης ὑπάρχειν, ὃν καταστερισθῆναι διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Ἰκάριος γένος μὲν ἦν Ἀθηναῖος, ἔσχε δὲ θυγατέρα μονογενῆ Ἐριγόνην, ἣ τις κύνα νήπιον ἔτρεφε· ξενίσας δὲ ποτε ὁ Ἰκάριος τὸν Διόνυσον ἔλαβεν ἀπ' αὐτοῦ οἶνόν τε καὶ ἀμπέλου κλήμα· κατὰ δὲ τὰς τοῦ θεοῦ ὑποθήκας περιήει τὴν γῆν, προφαίνων τὴν τοῦ Διονύσου χάριν, ἔχων σὺν ἑαυτῷ τὸν κύνα· γενόμενος δὲ ἐκτὸς τῆς πόλεως βουκόλοις οἶνον παρέσχε· οἱ δὲ ἀθρόως ἐμφορησάμενοι οἱ μὲν εἰς βαθὺν ὕπνον ἐτράπησαν, οἱ δὲ περιλειπόμενοι νομίσαντες θανάσιμον εἶναι φάρμακον τὸ πόμα, πλήσσοντες ἐφόβησαν τὸν Ἰκάριον· μεθ' ἡμέραν δὲ νηψάντων αὐτῶν καταγόντες ἑαυτῶν εἰς φυγὴν ἐτράπησαν· ὁ δὲ κύων ὑποστρέψας πρὸς τὴν Ἐριγόνην δι' ὠρυγμοῦ ἐδήλωσεν αὐτῇ τὰ γεγονότα· ἡ δὲ μαθοῦσα τάληθές ἑαυτὴν ἀνήρτησε· νόσου δὲ ἐν Ἀθήναις γενομένης κατὰ χρησμῶν Ἀθηναῖοι τὸν τε Ἰκάριον καὶ τὴν Ἐριγόνην ἐνιαυσίαις ἐγέραιρον τιμαῖς, οἱ καὶ καταστερισθέντες, Ἰκάριος μὲν Βωώτης ἐκλήθη, Ἐριγόνη δὲ παρθένης· ὁ δὲ κύων τὴν αὐτὴν ὀνομασίαν ἔσχεν. Ἡ ἱστορία παρὰ Ἐρατοσθένει. Ita cod. A, unde sane aliquis conjicere possit, haec

ad ipsam Erigonam elegiam referenda esse; at vero ceteri codd. ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καταλόγοις. Rejicienda omnino est Bacchii sententia, qui existimat collationem quandam Eratosthenicorum carminum, in quam etiam Erigone fuerit recepta, hoc nomine a grammaticis appellari, ita ut vel sic scholiastae Erigonem respererint, quamquam simile quid etiam Bernhardus nunc videtur censere. Plurimis disserit de hac quaestione Osannus, in quibus insunt, quae aperte sibi adversentur, quae nolo curiosius redarguere; eo autem redit ejus disputatio, ut contendat καταλόγου nomen plane ineptum esse, ejusque loco ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καταστερισμοῖς legendum esse, quod jam olim Valkenarius suaserat. Poterat sane catasterismorum nomine Mercurius significari, quemadmodum est apud Achillem Tat. p. 196: Περὶ δὲ τούτου (γαλαξίου) φησὶν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ καταστερισμῷ (sic enim recte Koppiersius pro καταμερισμῷ scripsit) μυθικώτερον τὸν γαλαξίαν κύκλον γεγονέναι ἐκ τοῦ τῆς Ἥρας γάλακτος κτλ. nam haec ad Mercurium referenda esset docet Hygin. Astron. II. 43. Verum ut grammatici Mercurii nomini, quod ab ipso poeta profectum fuit, substituerunt *catasterismorum* appellationem, ita licuit idem poema etiam *καταλόγου* appellari. Eratosthenes enim in hoc carmine, id quod jam Heynius suspicatus erat, quamvis refragante olim Bernhardo, cum artium et disciplinarum origines exposuerat, tum vero accuratissime Mercurii inventa tractavit, unde latius exspatiatus omnia astronomica mythologumena complexus est. Carminis propositum quam maxime illustrat ille versus, quem in Diariis Antiquitatis Eratosthenis Mercurio vindicandum esse ostendi:

Χρειώ πάντ' ἐδίδαξε· τί δ' οὐ χρειώ κεν ἀνέυροι *);
 tum vero etiam ipsae reliquiae docent. Mercurium igitur cum alii
 grammatici, ut argumentum carminis indicarent, a principali parte
catasterismos appellarent, quidni licuerit idem carmen, in quo poeta
 artium auctores recensuit et maxime signorum coelestium origines ordine
 exposuit, *catalogos* vocare? Nihil omnino causae est, cur ista verba:
ιστορεῖ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καταλόγοις corrupta censeamus; nam
quod dicit scholiasta: in suis catalogis, eo ipso vocabulo accuratius
significavit, quod carmen diceret: nam quod Osannus dicit p. 5:
„Caret tamen ea omnino sensu, nisi earum rerum adjectus est in-
dex, quarum recensio vel delectus, quae est vocis significatio, ha-
betur“ non meminerat vir doctissimus, quam saepe legatur apud
Grammaticos Ἡσίοδος ἐν καταλόγοις vel καταλόγω, non adjecto voca-
bulo γυναικῶν. Eodemque modo Apollodorus dicitur περὶ καταλόγου
scripsisse, cum commentatus erat περὶ νεῶν καταλόγου, vid. Eustath.
ad II. 263: Καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐπραγματεύσατο τὰ περὶ τοῦ
καταλόγου ἄριστα ἐν δώδεκα βιβλίοις. sed plenius Scholiasta Apol-
lonii Rhod. III. 1089: Ἀπολλόδωρος ἐν νεῶν καταλόγω. Recte igitur
se habet, quod legitur apud Schol. Homeri ιστορεῖ Ἐρατοσθένης
ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καταλόγοις, quod non magis offendit, ac si quis
grammaticus Phanoclis elegias, in quibus pueriles amores re-

*) Alter versus, quem ibidem attuli, sic videtur corrigendus esse:

Ὁρθοῦ καὶ γὰρ μετὸν ἐπιθίνουσι μέρμηνα
 pro μάλλον. Videtur autem ex prooemio carminis petitus esse, in quo Eratothenes ami-
 cum aliquem consolandi gratia allocutus erat.

censuit, quae inscriptae erant Ἐρωτες ἢ Καλοί, respiciens dixerit
ιστορεῖ Φανουκλῆς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καταλόγοις. Illud jam apparet, Scho-
liastam Homeri, cum fabulam illam de Erigone exponeret, non
elegia Eratosthenis, sed Mercurio usum esse; verum consimili ratione
poetam eandem rem etiam in elegiaco carmine memoriae prodidisse,
consentaneum est.

Verum in ipsa argumenti rerumque similitudine dispar tamen
 utriusque carminis ratio erat. Nam in Mercurio, quamvis, ut docet
 scholiasta Homeri, omnia ordine sit poeta persecutus, tamen summatim
 fabulam perstringere debebat, quam in elegiaco carmine diligentius
 exposuit ingeniique luminibus ornavit. Ita consentaneum est, in
 elegia Eratosthenem ea, quae ad hospitium, quo Icarius Bacchum
 excepit, pertinebant, non primis lineamentis descripsisse, sed
 diligentissime oratione persecutum esse: nam hoc loco, si quo alio,
 poeta, quid in moribus describendis valeret, experiri debe-
 bat. Porro consentaneum est, firmantque ipsae hujus elegiae
 reliquiae, Eratosthenem, quam vim Bacchi munus, quod cum pa-
 storibus liberaliter communicavit Icarius, in rudes animos exercuerit,
 non sine verborum gravitate persecutum esse: nam inde repetenda
 est omnis malorum origo. Deinde verisimile est, poetam Eri-
 gones filiae moerorem et fatalem mortem, item miram canis
 fidelitatem summa arte et copiose descripsisse, ut pariter quid in
 affectibus movendis posset, ostenderet: ibique adjecit hand dubie
 nonnulla, quae in Mercurio prorsus silentio praetermiserat, quem-
 admodum illud, quod Hyginus Astron. II. 4. memoriae prodidit de
 cane, quae in puteum se praecipitavit. Denique probabile est, Era-

tosthenem accuratissime exposuisse, quae ad solemnitatem in Icarii et filiae honorem institutam pertinebant: nam his antiquitatum originibus explicandis mirifice delectati sunt illius saeculi poetae. Fieri autem potuit, ut Eratosthenes in elegia etiam nonnunquam discederet ab ea fama, quam in Mercurio secutus erat, de qua re dicitur infra.

Jam si quis carminum Eratosthenicorum reliquias perlustret et inquirat, quae cum probabilitatis aliqua specie ad hanc Icarii et Erigones memoriam pertineant, cavendum est magnopere ab eo errore, ut existimemus Eratosthenem nullum praeter Mercurium et Erigonem carmen composuisse. Ostendi in commentat. Crit. II. p. V Eratosthenis carmen praeterea fuisse Ἀρτερινύν, quod non solum in Nicandri Scholiasta ad Theriac. v. 400 cod. Gotting., sed etiam Athenaeus IX. p. 376. B. firmat. Osannus p. 6 perobscuram hanc esse dicit inscriptionem, at quemadmodum Ἀντέρως dici solebat, ita etiam Ἀντερινύς plane ex consuetudine est fictum vocabulum, nec videtur nomen hoc alienum esse a carmine, in quo haud dubie poeta exemplo aliquo insigni ostenderat, vindictam ex vindicta nasci. Ipse Osannus infra p. 28 rursus dubius fluctuat, sed tamē non dubitat Bernhardyo et Bacchio assentiri, qui illud ipsum hemistichium, quod est apud Scholiastam Nicandri, audacissima Schneideri conjectura ἐν Ἡριγόνῃ probata,

Ἰυγῆς δ' ὡς παῦρον ἀπέκλυεν

de Maera cane accipiunt, quae Erigonae patris defuncti corpus, ubi esset, indicavit. At quidni in alio quoque carmine Eratosthenes canis vocem commemorare potuerit? Et infra ipse proferam conjecturam de alia quadam fabula, quam tractavit Eratosthenes, in qua

canis ope gravissimum flagitium deprehensum est, ita ut commode dici potuerit:

Ἰυγῆς δ' ὡς παῦρον ἀπέκλυεν

ita enim, ut jam olim significavi, scribendum est ex cod. Gott. auctoritate; atque vel hoc probat, non esse haec de Erigone dicta, nam tunc certe ἀπέκλυε scribendum. Jam qui ex hoc loco Nicandri Anterinnyn expellere conantur, ii certe debent consimili ratione etiam Athenaei locum corrigere, quod ausus est Bernhardyus, qui ἐν τῷ Ἐρμῆ legendum esse censuit: at hoc vel Osanno nimis audacter novatum esse videtur, quo magis mirandum, quod non dubitavit Nicandri scholiastae locum corrigere: nam utriusque loci eadem est conditio: si insolens, si perobscurum est nomen carminis Ἀντερινύς, quod nego, si correctione opus est, quamquam non omnia, quae nobis obscuritate aliqua laborare videntur, continuo sunt corrigenda, certe uterque locus pari ratione emendandus est. Verum nihil est omnino prolatum, quod me dejiciat ab ea sententia, quam olim professus sum, Anterinnyn peculiare Eratosthenis fuisse carmen.

Porro dixi in Comment. Crit. Spec. II. p. V Eratosthenem *Epi-thalamium* carmen scripsisse, quod probat Etymol. M. p. 170. 47: Ἀύροσχάς ἢ ἄμπελος μέμνηται Παρθένιος ἐν Ἡρακλεῖ Ἀύροσχάδα βότρυν Ἰκαριωνίης. Ἐρατοσθένης δὲ ἐν Ἐπιθαλαμίῳ τὸ κατὰ βότρυν κλήμα εἶρηται δὲ ἐπαιωρουμένη τις οὔσα ὄσχη ὄσχη γὰρ τὸ κλήμα. Sed hujus quoque carminis memoriam Osannus p. 6 valde dicit dubiam esse: et infra p. 31 non dubitavit haec quoque in numerum Erigones reliquiarum recipere. Ipse fatetur, Bernhardyi rationem, qui non solum carminis nomen corruptum censuit (correxit enim hic quoque ἐν Ἡριγόνῃ), ve-

rum etiam ipsa poetae verba sibi deprehendisse visus est ἔτι θαλλομένη τ' αὐροσχάς, nimis esse violentam*), et tamen ad Erigonem refert. Dicit enim: „Si igitur omnia suadent, ut quae ex Eratosthene afferuntur, ex Erigoni carmine ejus laudari credamus, operis, unde ea sumpta dicuntur, inscriptionem ἐν Ἐπιθαλαμίῳ, quae plane singularis est, non tantum ponderis habere putaverim, ut sententiam ipsa re sustentatam relinquere cogamur.“ Sed haec ratio quid sibi velit, plane non intelligo; nam si omnia suadent, ut haec ad Erigonem referamus, corruptum sit nomen Ἐπιθαλάμιον necesse est, itaque vel ad violentam aliquam conjecturam confugiendam; sin Ἐπιθαλαμίου appellationem mutare non audes, si argumenta non tam certa videntur, jam non possunt haec ad Erigonem revocari. Et quid tandem est, quod Osanno concedamus Epithalamii appellationem plane singularem esse? Nam Epithalamia scripserunt, ut notissimum est, plurimi poetae; ita ne aliunde exempla repetam, Eratosthenis fere aequalis Theocritus Ἐλένης ἐπιθαλάμιον composuit, scripsit Callimachus nuptiale carmen in Arsinoen, ejusdem saeculi poeta, ut videtur, Agamestor Pharsalius Pelei et Thetidis epithalamium, (vid. Tzet. ad Lycophr. v. 128), aliudque carmen, quod in eodem argumento versabatur, imitatus est Catullus. Quid igitur est, cur Eratosthenem negemus Epithalamium scripsisse, sive ut amico

*) Si et hic et in iis, quae subsequuntur, quae Bernhardus de his in Eratosthenicis in medium protulit, accuratius examinavi, feci id contra meam consuetudinem, quum quae minus recte ab aliis dicta sunt, silentio praetermitti satius esse judicem, et fecissem id hic quoque, praesertim cum existimem ipsum Bernhardum nunc longe aliter de his, quae olim scripsit, sentire; sed cum Osannus fere omnia, quae Bernhardus protulit, denuo probaverit, non potui non examinare.

alicui gratificaretur (quemadmodum multi ex illius saeculi poetis scripserunt propemptica, epinicia, encomia, epicedea, alia id genus) sive ita, ut ex mythologumenis argumentum eligeret. An forte Osannus propterea Epithalamii appellationem singularem dixit, quod uno hoc loco commemoratur? At ista ratione, si quis abuti velit, plurimarum rerum memoria penitus abolenda est, maxime in hujus saeculi litteris, ubi tenuis saepenumero memoria extat; nam tunc nullum fuit Antimachi carmen Δέλτοι in scriptum, nam non extat memoria, nisi apud Athen. VII. p. 300, D; non rescripsit Euphorion Theodoridae, cum semel tantum Clem. Alex. V. p. 243 Euphorionis πρὸς Θεοδορίδαν ἀντιγραφὰς afferat; non scripsit de Anio carmen, nam solus Stephanus v. Δωδώνη commemorat; nullum fuit Callimachi carmen in Branchum, quoniam Hephaestio tantum p. 30 adhibet; nullum ejusdem carmen Galatea, si quidem unius Athenaei testimonio VIII. p. 284 de hoc carmine constat. Sed nolo plura in medium proferre; illud modo adjungam, quod non fugit viros harum rerum peritos, saepenumero id ipsum, quod nonnullis singulare sit visum, aliis etiam documentis firmari posse; quemadmodum, ut uno rem absolvam exemplo, Meinekius in Analectis Alexandrinis p. 384 ex Galeno ostendit Aratum de medicamentis letalibus carmen composuisse, Galenus enim de Antid. II. p. 77 dicit: καίπερ πολλῶν ἐπιχειρησάντων τοῖς τούτων (Φαρμάκων θανάσιμων) συγγραφαῖς, ὧν ἐστὶν Ὀρφεὺς ὁ ἐπικληθεὶς θεόλογος, καὶ Ὀρος ὁ Μενδήσιος ὁ νεώτερος καὶ Ἡλιόδωρος ὁ Ἀθηναῖος τραγωδιῶν ποιητής, καὶ Ἄρατος καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν τοιούτων συγγραφεῖς. At Arati carmen etiam Pollux respicit II. 38: Ἡροδότου δὲ Φάσκοντος κατὰ τὸν ἐν Πλαταιαῖς φόνον ἐν τοῖς Περσικοῖς νεκροῖς εὐρεθῆναι

κεφαλὴν μηδεμίαν σχοῦσαν ῥαφῆς συμβόλησιν. λέγει δὲ πού καὶ Ἄρατος ἐν τοῖς ἰατρικοῖς·

Ἦδη γὰρ τότε ὅπωπα καρήατα πολλὰ μὲν αὐτως
μεσσατίης κορυφῆς μούνη συνεργμένα γραμμῆ,
πολλὰ δ' ἄραφῆες κεφαλαὶ πάγεν ἀνθρώποισιν.

ubi corrigendum: ἦδη γὰρ ποτ' ὅπωπα. in quo carmine etiam illum locum, quem Galenus dicit, tractavisse videtur. Porro etiam in vita Arati I. p. 55 Biograph. ed. Wester. legitur: ἔγραψε δὲ καὶ πολλὰ ποιήματα, οὐ μόνον τὰ φαινόμενα, καὶ ἀστρολογίαν καὶ ἰατρικὰς δυνάμεις καὶ εἰς Πᾶνα ὕμνον καὶ εἰς Μύριν τὸν ἀδελφὸν ἐπικήδειον, καὶ διοσημείας καὶ θυτικὸν καὶ καταλεπτὸν (num καταλογάδην?) ἄλλα. et auctor vitae II. ib. p. 56: καὶ ἔστιν αὐτοῦ ἕτερα συντάγματα, ἄξια δὲ μνήμης τέσσαρα, ἐν μὲν ἰατρικῶν δυνάμεων, δεύτερον δὲ κανόνος κατατομή, τρίτον τὰ φαινόμενα, τέταρτον τὸ περὶ ἀνατολῆς, ὃ Φασὶν τινες μὴ εἶναι Ἄρατου, ἀλλὰ Ἠγησιάναντος. item Dionysius apud auctorem vitae III. ib. p. 59, qui negat Aratum artis medicae peritum fuisse, sed carmen de his rebus edidisse affirmat: Οὐ τίθεμεν αὐτὸν ἰατρὸν εἶναι, γράψαντα τὰς ἰατρικὰς δυνάμεις, οὐδὲ μαθηματικὸν θήσομεν, οὐδὲν ξένον εἰπόντα τῶν Εὐδόξου. Contra quartae vitae auctor medicum fuisse asserit p. 66: Ἐνιοὶ δὲ Φασὶν τὸν Ἄρατον Μνασέου πατρὸς γεγονέναι, Ἀριστοθέρου δὲ τινος μαθηματικοῦ διανοῦσαι, ἰατρὸν δὲ προηγουμένως καὶ ποιητὴν γενέσθαι ἐν τοῖς Ἀντιγόνου βασιλείοις. Suidas sane plura carmina hujus argumenti videtur percensere, nam dicit in indice operum Arateorum: Σύνθεσιν Φαρμάκων, Θηριακῶν ἐπιτήδεια, Ἀνθρωπογονίαν, Ἐπιθυτικόν — Ἀνατομήν, εἰς Πausanίαν τὸν Μακεδόνα. Sed ita Küsterus ex duobus codd. edidit, legebatur: σύνθεσιν Φαρμάκων θηριακῶν ἐπιτηδείαν, atque ita Eudocia; fortasse cum Müllero legendum Σύνθεσιν Φαρμάκων ἰατρικῶν ἐπιτη-

δείαν, nisi forte Suidas cogitavit de Theriacis Nicandri, quae nonnulli ab Arato composita esse ferebant. Ἀνατομήν autem, quam Suidas deinde appellat, fortasse est repetendum ex errore pro κατατομήν, ut liber περὶ τῆς τοῦ Κανόνος κατατομῆς intelligatur vel etiam Ἀνατολήν corrigendum; minime audiendus Bernhardyus, qui censuit apud Biographum II. corrupta esse verba τὸ περὶ ἀνατολῆς, ibique ἀνατομῆς scribendum, nam Hegesianax, quem nonnulli perhibebant auctorem libri esse, non fuit medicus, sed mathematicus.

Sed revertor ad Eratosthenem. Quid tandem est, quod Osannus dicat, ipsam rem docere, haec ex Erigone petita esse? Quod si ipse poetae versus servatus esset, fortasse aliquid diceret, at nunc grammaticus nihil affert nisi solum vocabulum αὐροσχάς, quod vitem significat. Poterat sane hoc vocabulo in Erigone uti, quemadmodum Osannus dicit: »Non invenuste αὐροσχὰς vitis ramulum designari, quem ab auris leviter concitum foliis jam inhorrescentem audire liceret, interpretatus Bernhardyus perspexit ad Erigonem referendum esse« at nihil est, cur negemus etiam in aliis carminibus eo verbo uti potuisse Eratosthenem; illud certe argumentum, quod profert Osannus nihil omnino valet: »Neque ego haesito, inquit, quo vocis sensus etiam magis ad fabulae argumentum adstringatur, eam ubi de Aeoris festis in hoc carmine silentio haudquam praetermittendis sermo fuerit, adhibitam existimare, ita ut intelligantur vitis ramuli, duas inter arbores suspensi, ex quarum cum vento cillantur, h. e. jactentur, ratione oscillatio quae dicitur in Aeoris orta esse videtur.« Namque quod Grammaticus dicit: ἐπαιωρουμένη τις οὐσα ὄσχη, voluit etymon vocabuli αὐροσχὰς explicare;

nihil igitur hoc pertinet ad Aeorae solennitatem; deinde in oscillatione veteres vitibus usos esse, nusquam est memoriae proditum, nam quae Osannus de originibus oscillationis dixit in Actis philolog. Casell. 1843. p. 22, ea omnia ipsius divinatione nituntur, neque vero veterum auctoritate firmantur; Parthenii denique versus non potest indicio esse, quid Eratosthenes dixerit. Sane Parthenius, quod recte perspexit Meinekius, in Hercule etiam Icarii et Erigones memoriam attigit, (poteratque hac re Osannus uti supra p. 12, ubi recenset poetas, qui in hoc argumento versati sunt), et huc pertinet etiam illud, quod alio loco dixi sic fere corrigendum esse:

Ἀρροσχάδος αἴνυτο βότρυν

Ἰκαριωνείης *)

Pampini autem mentionem factam esse in Epithalamio minime mirum est, probabiliter enim conjicias Eratosthenem comparatione usum esse, qualis exstat in Catulli Epithalamio LX. v. 50:

*) Cum enim grammaticus dicat Parthenium dixisse ἀρροσχάδα ipsam vitem, necessario scribendum ἀρροσχάδος Ἰκαριωνείης. Verum possis aliam quoque loci corrigendi rationem inire, si existimes, quod nonnunquam factum est, poetarum locos confusos esse, ita ut transpositione sit utendum in hunc modum: Ἀρροσχάς· ἡ ἄμπελος μέμνηται Παρθένιος Ἡρακλεί. Ἐρατοσθένης δὲ ἐν Ἐπιθουλαμίῳ τὸ κατὰ βότρυν κλημα·

Ἀρροσχάδα βότρυν

Ἰκαριωνείης.

εἴρηται δὲ ἐπαινομένη τις οἶσα ὄσχη· ὄσχη γάρ τὸ κλημα. Eratosthenes cum pampinum uva gravem significare vellet, potuit sane conjunctim ἀρροσχάδα βότρυν dicere, quod profecto non audacius est novatum, quam quod Aristophanes dixit in Ranis v. 207 βατράχων κύνων et in Avibus v. 1558: κήμηλον ἀμνόν τινα. Hoc si scripsit Eratosthenes, intelligitur etiam, qui sit factum, ut grammaticus vocabulum explanaret: τὸ κατὰ βότρυν κλημα. Jam si vere haec Eratostheni vindicavi et Ἰκαριωνείης scripsi, plane docent numeri, haec ex heroico carmine petita esse, quale epithalamium fuisse consentaneum est, neque verò ad Elegiam, quae fuit Erigone, possunt referri.

Ut vidua in nudo vitis quae nascitur arvo,
Nunquam se extollit, nunquam mitem educat uvam,
Sed tenerum proxo deflectens pendere corpus,
Jam jam contingit summum radice flagellum;
Hanc nulli agricolae, nulli coluere juvenci,
At si forte eadem est ulmo conjuncta marito,
Multi illam agricolae, multi coluere juvenci;
Sic virgo dum intacta manet et quae seqq.

Quare etiam nunc tueor illam sententiam, quam olim proposui, Eratosthenem praeter Mercurium et Erigonem scripsisse etiam *Anterinnyn* et *Epithalamium*.

Jam adjungo his, quamvis dubitanter, quintum carmen, quod Eratosthenes scripsisse videtur: estque eo minus silentio praetermittendum, cum ejus memoria arcte cohaereat cum hac quaestione. Osannus enim Bernhardyum secutus inter Erigones reliquias recepit etiam id, quod ex Eratosthene profert Choeroboscus p. 81 ed. Gaisf. Τὰ εἰς υξ διούλλαβα ἔχοντα πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς α καταλήγουσαν, μὴ ὄντα κατὰ ἀφαιρέσειν δηλονότι τοῦ α, μὴ λεγόμενα ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς, καὶ μὴ πεφυκότα ἔχειν πρὸ τοῦ ξ τὸ γ διὰ τοῦ κ κλίνονται· τὰ γὰρ ἀντιδιαστελλόμενα διὰ τοῦ γ κλίνονται. Ἔστωσαν δὲ παραδείγματα τοῦ κανόνος ταῦτα, Ἄδρυξ, Ἄδρυκος (πόλις Συρακουσίων, ἀρσενικῶς λεγομένη, ἔφυγεν εἰς τὸν Ἄδρυκα, Φίλιππος ὁ ἱστορικὸς Φησι,) ἄμβυξ ἄμβυκος, γάνυξ γάνυκος (ὁ γανάνκτωρ παρὰ Ἐρατοσθένει) θράνυξ θράνυκος (ὁ θρόνος παρὰ Κορίννη.) Existimat enim Osannus p. 22 scribendum esse ὄσεν Γανύκτωρ παρὰ Ἐρατοσθένει, ita ut hoc vocabulum, non γάνυξ Eratosthenis auctoritate sit firmatum; putat autem hoc nomine ipsum Bacchum appellatum esse. Jam vero non fugit Osannum, quod

auctor certaminis Homeri et Hesiodi p. 322 ed. Goettling ex Eratosthene refert: Ἐρατοσθένης δὲ Φησιν ἐν Ἐνηπόδῳ Κτίμενον καὶ Ἀντιφον τοὺς Γανύκτορος ἐπὶ τῇ προειρημένῃ αἰτίᾳ ἀνελεθόντας σφαγιασθῆναι θεομοῖς ξένιοις ὑπὸ Εὐρυκλέους τοῦ μάντεως· τὴν μέντοι παρθένον, τὴν ἀδελφὴν τῶν προειρημένων, μετὰ τὴν Φωρὰν ἑαυτὴν ἀναρτῆσαι, Φαργῆναι δ' ὑπὸ τινος ξένου συνόδου τοῦ Ἡσιόδου, Δημῶδου ὄνομα, ὃν καὶ αὐτὸν ἀναίρεθῆναι ὑπὸ τῶν ἀστῶν Φησιν. Sed dubius haeret Osannus, utrum Bernhardyi sententiam amplectatur, qui haec ad chronographias Eratosthenis retulit, corrigens ἐν ἐννάτῃ Ὀλυμπιάδι, quae correctio nullo pacto probari potest, an Holstenium secutus ἐν Ἐριγόνῳ vel potius Ἐριγόνῃ scribat: et hanc emendationem ut commendaret, coniecit Osannus Ganycetorem illum ad Bacchum suum genus retulisse, de qua re nihil plane est memoriae proditum, et propter hanc Bacchi cum Ganycetore conjunctionem, etiam Hesiodi mortem in Erigone expositam fuisse. At satis intempestive Eratosthenes fabulari doctrina abusus esse censendus esset, si omnem hanc memoriam, (quod necessario locus ille certaminis Hom. et Hesiodi arguit) in hac elegia persecutus esset, quam eo ipso nomine potissimum laude dignam censet Longinus, quod nihil insit, quod a proposito et ab instituta sententia abhorreat, cum vel ingeniosissimi poetae peccent, quippe qui Archilochi modo (πολλὰ καὶ ἀνοικονόμητα διασύροντος) non satis sibi temperare possint.

Ac primum quidem Choerobosci locus non est corruptus, nisi quod majuscula litera scribendum: Γάνυξ, Γάνυκος, ὁ Γανύκτωρ, παρὰ Ἐρατοσθένει; nam non Γανύκτωρ dixit Eratosthenes, sed Γάνυξ; et hoc ut ostenderet Γάνυκος flecti, Choeroboscus vel potius Herodianus Eratosthenis utitur auctoritate, ὁ Γανύκτωρ autem explicandi

gratia adjecit, plane ut est illud quod sequitur: θράνυξ θράνυκος, ὁ θρόνος παρὰ Κορίννη, nam non θρόνος, sed θράνυξ dixerat Corinna. Apud Eratosthenem igitur Locrensis ille Ganycetor^{*)} brevioris nominis forma Γάνυξ vocabatur, nec dubitari potest quin Choeroboscus eundem illum locum respexerit, quem dicit Auctor certaminis: Ἐρατοσθένης δὲ Φησιν ἐν Ἐνηπόδῳ Κτίμενον καὶ Ἀντιφον τοῦ Γανύκτορος — Sane expectaveris fortasse hic ad eandem normam τοὺς Γάνυκος scribendum fuisse; at grammaticus utitur vulgari nomine, quo illum etiam apud Alcimantem vocari supra significavit. Jam quod Eratosthenes Ganycem maluit quam Ganycetorem dicere, id ipsum indicio est ex carmine aliquo haec petita esse: carminis autem index delitescit in corrupto illo ἐν Ἐνηπόδῳ, quod male ἐν Ἀνδραπόδῳ correxerunt. Legendum omnino est ἐν Ἡσιόδῳ et video nunc sic etiam Goettlingium Proleg. Hesiod. p. XV. not. coniecisse. Eo minus autem de hoc carminis titulo dubitandum, quoniam non ita multo post Euphorion quoque carmen, quod *Hesiodus* inscriptum fuit, composuit, quod in simili argumento versatum esse conicias. Suidas enim v. Εὐφορίων dicit: Βιβλία αὐτοῦ ἐπικά ταῦτα· Ἡσιόδου, Μοψοπία ἢ Ἀτακτα, eodemque modo Eudocia Viol. p. 167.

Jam Eratosthenici carminis argumentum facile ex illius grammatici loco instauraveris: etenim Hesiodi poetae mortem descripsit, qui cum oraculum accepisset, quo monebatur, ut sibi a Nemeo caveret,

*) Illud notandum, ab auctore certaminis etiam Amphidamantis, regis Euboeae, filium, qui ludus funebres instituit, Ganycetorem appellari, p. 305: Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Γανύκτωρ ἐπιτάφιον τοῦ πατρὸς Ἀμφιδάμαντος βασιλέως Εὐβοίας ἐπιτελῶν κτλ.

Oenoem Locridis oppidum se contulit, ibique cum apud Ctimenum et Antiphum, Ganycoris filios hospitesque suos deverteretur, et illis suspectus esset de clandestina consuetudine virginis sororis, ab his ipsis prope Jovis Nemei fanum, quod ibi fuit, interfectus est. Summatim rem tangit Pausanias, qui plane consentiens cum Eratosthene, a Ganycoris filiis interfectum esse prodit Hesiodum, IX, 31: ὅτε μὲν γὰρ οἱ παῖδες τοῦ Γανύκτορος Κτίμενος καὶ Ἀντιφός ἔφυγον ἐς Μολυκρίαν ἐκ Ναυπάκτου διὰ τοῦ Ἡσιόδου τὸν Φόνον, καὶ αὐτόθι ἀσεβήσασιν ἐς Ποσειδάωνα ἐγένετο τῆ Μολυκρία σφίσιν ἡ δίκη, τάδε μὲν οἱ καὶ πάντες κατὰ ταῦτά εἰρήκασιν· τὴν δὲ ἀδελφὴν τῶν νεανίσκων οἱ μὲν ἄλλου τοῦ Φασίν αἰσχύναντος Ἡσιόδον λαβεῖν οὐκ ἀληθῆ τὴν τοῦ ἀδικήματος δόξαν, οἱ δὲ ἐκείνου γενέσθαι τὸ ἔργον. Paulo aliter auctor certaminis rem exponit, qui Ganycorem ipsum et Amphiphanem caedis auctores dicit: ὁ δὲ Ἡσιόδος ἀκούσας τοῦ χρησμοῦ, τῆς Πελοποννήσου μὲν ἀπεχώρει, νομίσας τὴν ἐκεῖ Νεμέαν τὸν θεὸν λέγειν· εἰς δὲ Οἰνόην τῆς Λοκρίδος ἔλθων καταλύει παρὰ Ἀμφιφάνει καὶ Γανύκτορι, τοῖς Φηγέως παισίν, ἀγνοήσας τὸ μαντεῖον· ὁ γὰρ τόπος οὗτος ἐκαλεῖτο Διὸς Νεμείου ἱερόν. Διατριβῆς δ' αὐτῷ πλείονος γενομένης ἐν τοῖς Οἰνώσι, ὑπονοήσαντες οἱ νεανίσκοι τὴν ἀδελφὴν αὐτῶν μοιχεύειν τὸν Ἡσιόδον, ἀποκτείναντες εἰς τὸ μεταξὺ τῆς Εὐβοίας καὶ τῆς Λοκρίδος πέλαγος κατεπόντισαν. Τοῦ δὲ νεκροῦ τριταίου πρὸς τὴν γῆν ὑπὸ δελφίνων προσηχθέντος, ἑορτῆς τινὸς ἐπιχωρίας παρ' αὐτοῖς οὔσης Ἀριαδνεϊας, πάντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν ἔδραμον, καὶ τὸ σῶμα γνωρίσαντες, ἐκεῖνο μὲν πενήσαντες ἔθαψαν· τοὺς δὲ Φονεῖς ἀνεζήτησαν· οἱ δὲ Φοβηθέντες τὴν τῶν πολιτῶν ὀργὴν κατασπᾶσαντες ἀλιευτικὸν σκάφος διέπλευσαν εἰς Κρήτην, οὗς κατὰ μέσον τὸν πλοῦν ὁ Ζεὺς κεραυνώσας κατεπόντωσεν, ὡς Φησιν Ἀλκιδάμας ἐν Μουσειῷ *). Itaque hanc omnem narrationem secundum Alci-

*) Goettlingius conjecit aut Καλλιμαχος ἐν Μουσειῷ, aut Ἀλκιδάμας ἐν Μεσσηνιακῷ. Osannus dicit, nihil mutandum esse, quod Heffterum in Antiq. Diarisi 1839. p. 860 do-

damantem expositam arbitror, scriptorque certaminis in postremis tantum Eratosthenem auctorem adhibet, (nam continuo subsequun-

cuisse; at ille, cum dicat Alcidadantem in Museo Graecarum litterarum historiam enarrasse ibique etiam Hesiodi mortem commemoravisse, vix verum vidisse censendus est. Equidem credo Alcidadantem scripsisse de Musarum fano, quod fuit in Helicone, de quo etiam Amphion Thespiensis commentatus est, vid. Athen. XIV. p. 629 A. Ἀμφίων δὲ ὁ Θεσπιεὺς ἐν δευτέρῳ περὶ τοῦ ἐν Ἑλικῶνι μουσείου ἄγασθαι φησιν ἐν Ἑλικῶνι παιδῶν ἀρχαίους μετὰ σπουδῆς, παρατιθέμενος ἀρχαῖον ἐπιγράμμα τὸδε· Ἀμφότερ' ἀρχεῖμα κ. τ. λ. Porro Nicocrates similiter scripserat περὶ τοῦ ἐν Ἑλικῶνι ἀγῶνος, vid. Schol. II. N v. 21. Fuit enim Museum Heliconium artis operibus egregie exornatum, vid. Paus. IX. 30. qui etiam certamen musicum, cui Thespienses praefuerunt, memorat IX. 31. 3: Πέριαικοῦσι δὲ καὶ ἄνδρες τὸ ἄλλος καὶ ἑορτῆν τε ἐνταῦθα οἱ Θεσπιεὺς καὶ ἀγῶνα ἄγονται Μουσείῳ. (haec est illa solennitas, de qua scripserat Nicocrates) ἀγῶνι δὲ καὶ ἔργῳ, ἄθλα οἱ μουσικῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀθλητικῆς τοθέντες. Quantus autem honos fuerit Hesiodi, inde apparet, quod in summi poeti memoriam certamen Ἡσιόδου (Ἡσιόδεια) fuit institutum, ut testatur titulus, quem mox virum amicissimum Carolus Keillum editurum esse spero, in quo post notum illud initium ΟΡΟΣ ΤΑΣ ΓΑΣ ΤΑΣ ΙΕΡΑΣ deinde commemoratur ipse ΑΓΩΝ ΤΩΝ ΕΙΣΙΟΔΕΙΩΝ. Fortasse autem Hesiodica non diversa fuerunt a Museis, quae Pausanias dicit. — Itaque Alcidas erit referendus inter mystagogos sive periegetas, qui cum illud fanum describeret, profecto debebat etiam Hesiodi mentionem facere; hinc igitur explicandum est, quod accurate exposuit famam de Hesiodi morte, quam antistites et inquilini illius templi a majoribus acceptam servabant, prorsus ut illo ipso loco Pausanias primum exponit de Hesiodi carminibus quid Heliconii sacri accolae compertum habebant, ubi diversam famam commemorat IX. 34. 4: Βοιωτῶν δὲ οἱ περὶ τὸν Ἑλικῶνα οἰκῶντες παρελημμένη δόξην λέγουσιν — ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα μεχωρισμένη τῆς προτέρας, deinde vero adjungit, etiam de Hesiodi morte diversam famam ferri, quod non alio consilio memorat, quam quod haec quoque qui circa Museum Heliconium habitabant, narrare solebant, quod satis superque apparet, si quis advertat, quod pacto haec cum superioribus conjungat Pausanias: Ἐναντία δὲ καὶ ἐς τοῦ Ἡσιόδου τὴν τελευτὴν ἔστιν εἰρημμένα — τάδε μὲν καὶ οἱ πάντες κατὰ ταῦτά εἰρήκασιν· τὴν δὲ ἀδελφὴν οἱ μὲν — οἱ δὲ — τὰ μὲν δὲ ἐς Ἡσιόδον καὶ αὐτὸν καὶ ἐς τὰ ἔπη διάφορα ἐπὶ τοσοῦτον εἴρηκται, ubi οἱ πάντες sunt, qui illic habitant. Ceterum non multum refert, utrum omnia haec Pausanias, ut ipse ab illius fani mystagogis acceperat, litteris mandaverit, an usus praeterea sit periegetarum libris, veluti Amphionis Thespiensis. — Denique verbo attingam, quod est apud Stobaeum CXX. 3: Ἐκ τοῦ Χαλκιδάμαντος Μουσείου.

Ἀρχὴν μὲν μὴ φῶναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,
Φόντου δ' ὅπως ἀμικτα πύλας Ἄιδου περῆσαι.

in promptu est corrigere ἐκ τοῦ Ἀλκιδάμαντος Μουσείου, quod prorsus confirmat Photius

tur illa: Ἐρατοσθένης δὲ Φησιν ἐν Ἐνηπόδῳ) quoniam in his ille diversam famam secutus erat. Verum puto etiamnunc accurate nos assequi posse, quo pacto Cyrenaeus poeta antiquam illam de Hesiodi morte famam conformaverit. Ad hunc enim potissimum auctorem refero, quae memoriae prodidit Plutarchus in convivio VII Sap. c. 19 ubi haec leguntur: Ἀνθρώπινον δὲ καὶ πρὸς ἡμᾶς τὸ τοῦ Ἡσιόδου πάθος, ἀκήκοας γὰρ ἴσως τὸν λόγον. Οὐκ ἔγωγε, εἶπον. Ἄλλὰ μὲν ἄξιον πυθέσθαι.

qui in Bibliotheca in indice scriptorum, quibus usus est Stobaeus, etiam Alcidamantem poetam affert, Chalcidamantem plane non commemorat. Errat sane Photius, cum poetam dicit; nam mystagogum fuisse, qui Museum prope Thespias descriperit, ut conjeci, hic quoque locus planissime confirmat. Nam cave arbitreris Alcidamantis hos esse versus, verum cum ille exponeret de tripode, quem Hesiodus in Helicone Musis se dedicasse perhibet, quique Museum visentibus ostendebatur, famam illam de Hesiodi et Homeri certamine ordine narravit et mutua quoque illorum carmina adscripsit; Homerus enim, ut est in Centone p. 315 statim cum Hesiodus quaesivisset:

Υἱὲ Μέλητος, Ὀμηρε, θεῶν ἀπο μῆδεα εἰδώς,

Εἴπ' ἄγε μοι πάμπρωτα, τί φέρεταιν ἔστι βροτοῖσιν;

illa ipsa respondit: Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι κτλ.; illud vero certum, versus illos, non ab auctore illius centonis profectos esse, sed quisquis fecit, adhibuit versus satis antiquos, qui vulgi ore ferebantur, quos Silenus Midae regi dixisse perhibebatur, quosque in suum usum convertit, ut solet, Theognis v. 593:

Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,

Μηδ' εἰδέναι αἰγᾶς βέβας ἡέλιον

Φύνητα δ' ὅπως ἄκιοτα πύλας Ἄϊδαο περῆσα·

Καὶ κτεσθαι πολλὴν γῆν ἐπιμοσόμενον.

Ceterum auctor certaminis ipsum quoque centonem ex Alcidamantis Museo petivit, et eodem vel certe simili Plutarchus videtur usus esse in convivio Sept. Sap. c. 10., quamquam Goettlingius quidem hunc existimat ex Lesche quodam sua petiisse; namque dicit ἐτρέποντο πρὸς τοιαύτας ἐρωτήσεις καὶ προῖβαλον μὲν, ὡς φησι Λέσχης.

Μοῦσα μοι ἔννεπ' ἐκείνα, τὰ μήτ' ἐγένοντο πάροιθεν

Μήτ' ἔστι μετόπισθεν.

Conjeci ipse quoque aliquando Λεσχίδης legendum esse, at Plutarchus nihil scripsit nisi καὶ προῖβαλον, ὁ μὲν Μοῦσα κτλ. illa autem ὡς φησι Λέσχης aliqua adjecit, ut indicaret auctorem Centonis haec ex parva Illiade petiisse.

Μιλησίου γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἀνδρός, ᾧ Ξενίας ἐκοινώνει καὶ διαίτης ἐν Λοκροῖς, τῇ τοῦ Ξένου θυγατρὶ κρύφα συγγενομένου καὶ Φωραθέντος ὑποψίαν ἔσχεν, ὡς γνοῦς ἀπ' ἀρχῆς καὶ συνεπικρύψας τὸ ἀδίκημα, μηδενὸς ὦν αἴτιος, ὀργῆς δὲ καιρῷ καὶ διαβολῇ περιπεσὼν ἀδίκως. Ἀπέκτειναν γὰρ αὐτὸν οἱ τῆς παιδίσκης ἀδελφοὶ περὶ τὸ Λοκρικὸν Νέμειον ἐνεδρεύσαντες, καὶ μετ' αὐτοῦ τὸν ἀκόλουθον, ᾧ Τρωῖλος ἦν ὄνομα. Τῶν δὲ σωμάτων εἰς τὴν Σάλασσαν ὑσθέντων, τὸ μὲν τοῦ Τρωίλου εἰς τὸν Δάφνον ποταμὸν ἔξω Φερόμενον ἐπεσχέθη περικλύστω χοιράδι μικρὸν ὑπὲρ τὴν Σάλατταν ἀνεχύουσι καὶ μέχρι νῦν Τρωῖλος ἢ χοιρὰς καλεῖται· τοῦ δὲ Ἡσιόδου τὸν νεκρὸν εὐθύς ἀπὸ γῆς ὑπολαβοῦσα δελφίνων ἀγέλη, πρὸς τὸ Ῥίον ἐκόμιζε καὶ τὴν Μολυκρίαν. Ἐτύγχαγε δὲ Λοκροῖς ἢ τῶν Ῥίων (Goettlingius conjecit Ἀριαδνείων) καθεστῶσα θυσία καὶ πανήγυρις, ἣν ἄγουσιν ἔτι νῦν περιφανῶς περὶ τὸν τόπον ἐκείνον. Ὡς δὲ ᾠφθη πρὸς Φερόμενον τὸ σῶμα, θαυμάσαντες, ὡς εἰκός, ἐπὶ τὴν ἀκτὴν κατέδραμον καὶ γνωρίσαντες ἔτι πρόσφατον τὸν νεκρὸν, ἅπαντα δεύτερα τοῦ ζητεῖν τὸν Φόνον ἐποιοῦντο διὰ τὴν δόξαν τοῦ Ἡσιόδου. Καὶ τοῦτο μὲν ταχέως ἔπραξαν, εὐρόντες τοὺς Φονεῖς· αὐτοὺς τε γὰρ κατεπόντισαν ζῶντας καὶ τὴν οἰκίαν κατέσκαψαν. Ἐτάφη δὲ ὁ Ἡσιόδος πρὸς τῷ Νεμείῳ· τὸν δὲ τάφον οἱ πολλοὶ τῶν Ξένων οὐκ ἴσασιν, ἀλλ' ἀκοκέρυπται ζητούμενος ὑπ' Ὀρχομενίων, ὡς Φασι, βουλομένων κατὰ χρῆσμον ἀνελεῖσθαι τὰ λείψανα καὶ Σάψαι παρ' αὐτοῖς. Illud apparet, Plutarchum hic non secutum Alcidamantis narrationem, nam secundum hunc interfectores fugam capessentes in mari fulmine interemti sunt, ut divinitus vindicta iis acciderit; sed apud Plutarchum ipsi Locrenses poenas sumunt, prorsus ut est apud Eratosthenem: sane Plutarchus dicit: κατεπόντισαν ζῶντας καὶ τὴν οἰκίαν κατέσκαψαν, cum apud Eratosthenem sit: σφαγιασθῆναι θεσμοῖς Ξενίοις ὑπὸ Εὐρυκλέους τοῦ μάντεως*). Sed videntur tantum haec sibi

*) Eurycles vates, qui hic commemoratur, non videtur diversus esse ab eo, quem tangit Aristophanes Vesp. v. 1019:

adversari. Cum gravissimum illud facinus a Ganyctoris filiis commissum esset, noluerunt Locrenses hoc piaculo ipsorum terram affici, itaque non privata vindicta facinus persequendum esse censuerunt, sed ipsi ab interfecto poenas repetiverunt; jam vero ne ipsorum terra sanguine maleficorum hominum inficeretur, videntur ita instituisse, ut homicidae vel de rupe aliqua vel ex navi in mare praecipitentur*), recte igitur Plutarchus breviter dixit κατεπόντισαν ζῶντας. Auctor certaminis, qui Eratosthenis narrationem sequitur, cum Locrenses ut Deorum iram tanquam sacrificio aliquo expiant, ab illis hominibus vindictam sumerent, recte potuit dicere σφαιγιασθῆναι θεσμοῖς ξενίοις ὑπὸ Εὐρυκλείους τοῦ μάντεως. Nam verisimile est, Eratosthenem accurate descripsisse sacros ritus, quibus Eurycle auctore usi sunt Locrenses.

Μιμησάμενος τὴν Εἰρικλείους μαντεῖαν καὶ διάνοιαν, ubi Schol. οἷος ὡς ἔγγραφοι μαντεῖας λέγεται Ἀθήνησι τὰ ληθῆ μαντευόμενοι διὰ τοῦ ἐνπάρχοντος αὐτῷ δαιμονος — ἔγγραφοι δὲ καὶ Εὐρυκλείδαι ἐκαλοῦντο ἐντεῦθεν πάντες οἱ μαντευόμενοι ἀπὸ Εἰρικλείους (πρῶτον) τοῦτο ποιησάμενοι, ubi inter principes vates refertur; cf. Plato Sophist. p. 252 C: ἐντὸς ὑποφθεγγόμενου ὡς περὶ τὸν ἄτοπον Εὐρυκλεία. ubi scholiasta παροιμία ἐπὶ τῶν ἐαντοῖς τινὰ κακὰ μαντευομένων, λεγομένη ἐξ Εἰρικλείους ἔγγραφοι μαντεῖας, ἀφ' οὗ καὶ γένος τι μάντεων Εἰρικλείας ἔλεγον. ἔγγραφοι δὲ ἐστὶν ὁ ἐν γαστρὶ μαντευόμενος κτλ. Hinc sane postea praestigiatores Eurycleidae dicti sunt, conferas etiam Athenaeum I. p. 19. E.

*) Ita Athenis et alibi piaculares homines de rupe dejicere solebant; constat Athenienses homicidas, qui caedem ex caede commiserant, a solo prohibuisse, ita ut illi prope littus ad Phreatto in navi causam coram iudicibus dicere cogentur. Quid quod etiam hominum mortuorum, qui invisī erant aliquam ob causam, corpora non sepeliebantur, sed in mare dejecta sunt, quod Hyberbolo accidit, vid. Theopompum ap. Schol. Arist. Vesp. v. 1007: ἐξωστράμωσαν τὸν Ὑπέρβολον ἐξ ἔτη, ὃ δὲ καταπλέσας εἰς Σάμον, καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ποιησάμενος, ἀπέθανε καὶ τοῦτου τὸν νεκρὸν εἰς ἀκὸν ἀγαγόντες εἰς τὸ πέλαιος κατεπόντωσαν. Et consentaneum est, eos, qui interfecti Hesiodi corpus in mare immiserant, ipsos vivos in mare praecipitatos esse.

Alia autem sunt, quae Plutarchus refert, quae prorsus cum Eratosthenis narratione congruunt; quemadmodum quod dicit insontem omnino esse Hesiodum, hospitisque filiam a Milesio aliquo homine, Hesiodi comite, corruptam fuisse. Nam alii, inter quos Alcidas fuisse videtur, revera dixerunt Hesiodum puellae consuetudine usum fuisse, (vide Paus. IX. 31) quemadmodum etiam refert Proculus in vita Hesiodi, qui fere eodem pacto omnem rem exponit, quemadmodum auctor certaminis, Alcidas secutus*), Proculus autem Aristotele**) teste utitur: Ἀριστοτέλης γὰρ ὁ Φιλόσοφος, μᾶλλον δὲ οἶμαι ὁ τοὺς πέπλους συντάξας, ἐν τῇ Ὀρχομενίων πολιτείᾳ Στρησίχορον τὸν μελοποιὸν εἶναι Φησὶν ἰδὼν Ἡσιόδου ἐκ τῆς Κτημένης αὐτῷ γεννηθέντα τῆς Ἀμφιφάνους καὶ Γανύκτορος ἀδελφῆς, θυγατρὸς δὲ Φηγέως***). Porro Plutarchus etiam alibi hanc

*) Quemadmodum plane ostendunt, quae infra de morte Hesiodi narrat: ὃ δὲ τὴν ἐν Πελοποννήσῳ Νεμείαν φησὶν ἐν Οἰνῇ τῆς Λοκίδος ὑπὸ Ἀμφιφάνους καὶ Γανύκτορος τῶν Φηγέως παίδων ἀναίρεται καὶ ῥίπτεται εἰς τὴν θάλασσαν, ὡς φθεῖρας τὴν ἀδελφὴν ἐκείνων Κτημένην, ἐξ ἧς ἐγεννήθη Στρησίχορος· ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Οἰνὴ Διὸς Νεμείου ἱερὸν· μετὰ δὲ τρίτην ἡμέραν ὑπὸ δελφίνων πρὸς τὸν αἰγυλιὸν ἐξήχθη τὸ σῶμα μεταξὺ Λοκίδος καὶ Εἰβοίας (Goettl. Μολικρίας) καὶ ἔθαψαν αὐτὸν Λοκροὶ ἐν Νεμείᾳ τῆς Οἰνῆς, οἱ δὲ φονεῖς αὐτοῦ νηὶς ἐπιβάντες ἐπειρῶντο φεγεῖν, χειμῶνι δὲ διεφάρησαν. Proculum autem rursus Tzetze sequitur. Suidas, qui Ctimenum et Antiphum, ut Eratosthenes vocat, tamen paulo aliam famam secutus est, quantum ex brevi memoria colligi potest, dicit enim: ἐτελείετο δὲ ἐπιγενοθεὶς παρ' Ἀντίφῳ καὶ Κτιμένῳ, οἱ νίκτωρ δόξαντες ἀναίρειν φορεῖν ἀδελφῆς αὐτῶν, ἀνέειλον τὸν Ἡσιόδον ἀκόντες.

**) De Aristotele Peplo quae nuper dixit Schneidewinus in Philologo Vol. I. fasc. 1., ea alio loco examinabo.

***) Ubi Κτιμένης corrigendum, quemadmodum Ctimenus secundum Eratosthenem fuit Ganyctoris frater, neque vero, ut Wytttenbachius voluit Κλυμένην ex Schol. Op. v. 188, ubi sane legitur Φιλόχορος δὲ Στρησίχορον φησὶ τὸν ἀπὸ Κλυμένης, sed potius hic quoque Κτιμένης emendandum, eodemque pacto apud Tzetzem in Hesiodi vita, ubi itidem Κτημένη legitur, et video nunc etiam Westermannum sic correxisse; Ctimene autem probum est nomen, vid. Homer Od. XV. v. 362, ubi Ulyssis soror hoc nomine appellatur: Οὐνεκὰ μ' αὐτῆς Θρέψεν ἄμα Κτιμένη τανυπέπλω, Θυγατὶς ἑφθίμη, τὴν ἐπιλοτύτην τέκε παίδων.

famam attigit, maximeque refert, per canem Hesiodi interfectores deprehensos esse, vid. de sollert. animal. c. 13, ubi cum dixisset de cane, qui ululatu Pyrrho regi heri sui interfectorem prodidit, haec addit: ταῦτα δὲ καὶ τὸν Ἡσιόδου κύνα τοῦ σοφοῦ δρᾶσαι λέγουσι, τοὺς Γανύκτορος ἐξελέγξαντα τοῦ Ναυπακτίου παῖδας, ὑφ' ὧν ὁ Ἡσιόδος ἀπέθανεν. et ibid. c. 36: Ἡσιόδου δὲ κατὰ καιρὸν αὐτὸς ἡμᾶς, ὦ Φίλε, ἀνέμνησας, ἀτὰρ οὐ τέλος ἴκεο μύθων· ἔδει δὲ τὸν κύνα αἰτησάμενον μὴ παραλιπεῖν τοὺς δελφίνας· τυφλὸν γὰρ ἦν τὸ μήνυμα τοῦ κυνός, ὑλακτοῦντος καὶ μετὰ βοῆς ἐπιφερομένου τοῖς φονεῦσι, περὶ τὸ Νέμειον θαλάσση διαφερόμενον ἀράμενοι δελφίνες, ἕτεροι παρ' ἐτέρων ἐνδεχόμενοι προθύμως εἰς τὸ ῥίον ἐκθέντες ἔδειξαν ἐσφαγμένον. Haec quoque plane congruunt cum Eratosthene, qui Ganymetoris filios caedis auctores dixit: eundem autem auctorem Plutarchum utroque loco secutum esse consentaneum est. Omnino autem fama illa, quemadmodum Plutarchus exponit, ita est comparata, ut poeta prorsus videatur digna esse.

Jam ostendi, Eratosthenem famam de Hesiodi morte accurate exposuisse in carmine aliquo, quod Hesiodi nomine fuit inscriptum, ita ut quinque Cyrenaei vatis poemata nobis sint cognita. Sed non celabo suspicionem, quae mihi identidem orta est, hoc ipsum Eratosthenis carmen, cui Hesiodi nomen fuit (nam quin recte apud auctorem certaminis correxerim ἐν Ἡσιόδῳ, plane non dubito,) non diversum esse ab illo carmine, quod supra attigi, cui nomen fuit Anterinnys, ita ut revera fuerit inscriptum Ἡσιόδος ἢ Ἀντερινύς; quemadmodum Euphorion scripsit Ἄρᾶς ἢ ποτηριοκλέκτην, ut integrum titulum servavit Steph. Byz. v. Ἀλύβη, cum Scholast. Theocriti II. 2 tantum posterius nomen servaverit; item Μοψοπίαν ἢ Ἄτακτα, ut Suidas

docet v. Εὐφορίων, sed Choeroboscus Bekkeri T. III. p. 1194 tantum Μοψοπίαν appellat; item quod Euphorionis carmen affert Scholiasta Clem. Alex. T. IV. p. 96 ed. Klotz: ταῦτα Εὐφορίων ἱστορεῖ ἐν τῇ Ἰστίᾳ καὶ Ἰνάχῳ fortasse unum idemque opus est, ut scribendum sit ἐν τῇ Ἰστιάῳ ἢ Ἰνάχῳ. Eodem modo Theocriti idyllia plerumque duobus nominibus inscripta fuerunt, de qua re alias dicam. Itaque etiam hoc Eratosthenis carmen, quod ab aliis Hesiodus vocabatur, ab aliis Anterinnys appellari potuit. Facile autem apparet, quam bene conveniat uterque titulus huic carmini: recte enim ab argumento *Hesiodus* inscriptum est, verum non minus convenienter *Anterinnys* dici poterat; nam Antiphus et Ctimenus, cum contumeliam sibi illatam ulcisci vellent, ab Hesiodo, quem clandestina sororis consuetudine uti existimabant, vindictam sumpserunt, interfectique corpus in mare immiserunt; at continuo hujus facinoris poenas dederunt, cum Locrenses cane indice deprehensos in mare praecipitent. Conjecturam autem meam magnopere confirmat illud ipsum fragmentum, quod ex Anterinnys servavit Scholiasta Nicandri:

Ἰυγῆς δ' ὡς παῦρον ἐπέκλυον.

De canis voce haec intelligenda esse docet scholiasta: plane autem cadunt haec verba in Ganymetoris filios, qui cum primum canis illius, qui Hesiodo morienti adfuerat, vocem audiunt, subito expavescunt, conscii facinoris, quod commiserant, itaque ipsi se produnt. Haec autem omnia pariter atque quae tradita sunt de delphinis, qui ex alto mari ad littus tulerunt Hesiodi corpus, accurate persecutum esse Eratosthenem consentaneum est, atque animadverti etiam licet, quae similitudo inter Hesiodi et Icarii mortem intercedat, quae non latuit

Pollucem V. 42: οἱ δὲ Ἡσιόδου (κύνες) παραμεινάντες αὐτῷ ἀναιρεθέντι κατήλεξαν ὕλακῃ τοὺς Φονεύσαντας. Ὁ δὲ Ἰκαρίου κύων ἔδειξε τῇ θυγατρὶ τὸν Ἰκαρίου νεκρὸν, καὶ εἰ χρὴ πιστεύειν τοῖς ποιηταῖς, οὗτός ἐστιν ὁ Σείριος.

Dixi Euphorionem carmen ejusdem nominis scripsisse; huc refero potissimum, quod Stephanus dicit voc. Μολύκρεια· πόλις Αἰτωλίας· Στράβων δεκάτη. Θουκυδίδης β' Μολύκρειον αὐτὴν καλεῖ, Εὐφορίων δὲ Μολυκρίαν αὐτὴν φησι. τὸ ἔθνικόν Μολύκριος καὶ Μηλυκῶς καὶ οὐδετέρως· καὶ Μολυκρίας λέγεται καὶ Μολυκριεύς· Ἀρκάδιος δὲ Μολυκράϊος φησί. Verum offendit forma Μολυκρία, qua Euphorio in heroico cārmine, quale fuit Hesiodus, vix uti potuit, nec probabile est hanc vulgarem formam poetae exemplo confirmari: immo scribendum: Μολυκρία· πόλις Αἰτωλίας· Στράβων δεκάτη. Θουκυδίδης β' Μολύκρειον αὐτὴν καλεῖ, Εὐφορίων δὲ Μολύκρειαν αὐτὴν φησι. Recte cum Thucydidea forma Μολύκρειον, quae et ipsa singularis fuit (Thuc. II, 84), componitur ea, qua Euphorio usus est Μολύκρεια, contra Μολυκρία apud Strabonem duobus locis legitur lib. X. p. 310 et 311, idque ipsum plane firmat emendationem loci Stephaniani, quam proposui; itaque etiam IX. p. 294, ubi apud Casaubonum Μολύκρεια editur, videtur Μολυκρία legendum; et formam vulgarem Μολυκρία etiam gentile Μολύκριος firmat. Euphorio autem commemoravit hanc urbem eo ipso loco, ubi Hesiodi corpus a delphinis in litus delatum esse dixit; nam ad Rhium promontorium, haud procul ab urbe Molycria, (unde illud ipsum promontorium, ut ab Achaico promontorio discerneretur, Molycricum dictum est, v. Steph. Byz. Ἰόν. πόλις Μεσσήνης ἢ Ἀχαΐας· καὶ ἄλλη Αἰτωλίας, ἢ καὶ Μολυκρικὸν ἐκαλεῖτο) detulerant delphini eὐ ipso tem-

pore, quo Locrenses, (nam Rhium nondum Aetolorum in ditione fuit) solennitatem celebrabant, vid. Plut. de soll. an. 36: εἰς τὸ Ἰόν ἐκθέντες ἐσφαγμένον. et planius etiam conviv. Sap. 19: δελφίνων ἀγέλη πρὸς τὸ Ἰόν ἐκόμιζε καὶ τὴν Μολυκρίαν· ἐτύγγανε δὲ Λοκροῖς ἢ τῶν Ἰών καθεστῶσα θυσία καὶ πανήγυρις, ἣν ἄγουσιν ἔτι νῦν περιφανῶς περὶ τὸν τόπον ἐκείνον. Et hinc etiam Pausanias dicit IX. 31 caedis auctores Naupacto relicta se contulisse Molycriam et ibi sub iudicium vocatos esse: ἔφυγον ἐς Μολυκρίαν ἐκ Ναυπάκτου διὰ τοῦ Ἡσιόδου τὸν φόνον καὶ αὐτόθι ἀσεβήσασιν εἰς Ποσειδῶνα ἐγένετο τῇ Μολυκρίᾳ σφίσι ἢ δίκῃ*). Jam apparet hos de loco, ad quem Hesiodi corpus delatum sit, consentire, Goettlingius autem, ut itidem eadem solennitas ab omnibus commemoretur, apud Plutarchum Ἀριαδνεῖων pro Ἰών restituendum esse suspicatus est. Verum hic quoque observandum est, duplicem famam fuisse; alteram Alcidas memoriae prodidit, eamque auctor certaminis secutus est, qui in Bacchica aliqua solennitate hoc accidisse perhibent; alteram Eratosthenes haud dubie adhibuit, eique se applicavit Plutarchus: estque aut servandum nomen illud Ἰών**),

*) Quod auctor certaminis dicit ἀποκτείναντες εἰς τὸ μεταξὺ τῆς Εἰβοίας καὶ τῆς Λοκίδος πέλαγος κατεπόντισαν, quocum consentit fere Proculus, nisi quod praepostere plane locutus est, ἐπὶ δελφίνων ἐθήθη τὸ σῶμα μεταξὺ Λοκίδος καὶ Εἰβοίας, id nequaquam cum Goettlingio in τῆς Μολυκρίας καὶ τῆς Λοκίδος mutandum est, nam Molycria tunc fuit terrae Locridis; certe debuit ille scribere μεταξὺ τῆς Αἰτωλίας καὶ τῆς Λοκίδος, nam posteriore tempore sane Oenoe, ubi interfectus est Hesiodus in Nemeo, Locrensi in ditione fuit, Molycria autem Aetoliae adscripta. Sed scripserat opinor auctor certaminis εἰς τὸ μεταξὺ τῆς Ἀχαΐας καὶ τῆς Λοκίδος πέλαγος, quod cum mature in Εἰβοίας esset corruptum, Proculus ille hunc librorum errorem non solum repetiit, verum etiam inepte dixit corpus delatum esse ad littus μεταξὺ Λοκίδος καὶ Εἰβοίας. Auctorem autem certaminis, hominem haud indoctum, qui hic Alcidas sequitur, noli credere errorem commisisse.

**) Nam a voce Ἰόν recte potuit adj. Ἰόνος (Ἰόν) formari, ut Χίος, alia dicuntur. Reiskius conjecit Ἰόνων, sed haec forma prorsus a lege abhorrere videtur.

quemadmodum Γεραίστια, Ἐλευσίνια, Ἴσθμια, alia a locis dicta sunt, aut Λοκρίων corrigendum, quemadmodum Πανιώνια, Παναθήναια (vel Ἀθήναια) alia dicuntur, quoniam commune Locrensium hanc solennitatem celebrabat. Illa ipsa autem solennitas, sive Πῖα sive Λόκρια vocabatur, non erat in Bacchi honorem instituta, sed Neptuni gratia celebrabatur; id quod confirmat Pausanias, cum dicit: ἀπόθι εἰς Ποσειδῶνα ἀσεβήσασιν ἐγένετο τῇ Μολυκρία σφίσιν ἡ δίκη. Etenim solennitas illa, ut mos erat, per complures dies continuabatur; jam cum sub ipsum initium hujus solennitatis Ganymetoris filii prope Oenoen ad Nemei Jovis fanum interemissent Hesiodum, cujus corpus tertio die post Rhium est delatum, illi hoc ipso facinore non solum sanctum hospitalitatis jus violaverant, verum etiam Deorum religionem contemserant; nam per omne illud tempus, quo Locrenses Neptuni sacra celebrabant, debebant ab omni vi et armis abstinere. Satis autem superque ipse deus ostenderat, facinus hoc puniendum esse, nam delphini, dei illius ministri, detulerant corpus interfecti Hesiodi ad illum ipsum locum, in quo Neptuni erat fanum sanctissimum, ubi Locrenses tunc festos dies agebant; hinc igitur facile apparet, cur Pausanias, qui hic quoque Eratosthenem potissimum sequitur, dicat, Ganymetoris filios in Neptunum peccavisse, et cur Locrenses publicam vindictam de caedis auctoribus sumendam esse judicaverint *). Templum Neptuni apud illud promontorium commemorat etiam Thucyd. II. 84: εἰς Μο-

*) Forte fortuna autem, ut fieri solet, accidit, ut in eundem illum locum se conferrent Ganymetoris filii, ut canis quoque fidelissimus, qui facinus indicavit, quasi haud ignarus futuri, eodem iret.

λύκρειον ἀπέπλεον καὶ τροπαῖον στήσαντες ἐπὶ τῷ Πίῳ, καὶ ναῦν ἀναθέντες τῷ Ποσειδῶνι ἀνεχώρησαν εἰς Ναύπακτον. et Atheniensium sacrificium, quod Neptuno illic obtulerunt, commemorat etiam Pausan. X. 11. 6: γενέσθαι δὲ ἀπὸ τῶν ναυμαχιῶν τούτων καὶ θυσίαν Θησεῖ καὶ τῷ Ποσειδῶνι ἐπὶ τῷ ὀνομαζομένῳ Πίῳ καὶ μοι φαίνεται τὸ ἐπίγραμμα εἰς Φορμίωνα τὸν Ἀσωπίχου καὶ εἰς τοῦ Φορμίωνος τὰ ἔργα. itaque ad idem illud tempus pertinet, de quo Thucydides dicit. — Ad Euphorionis Hesiodum fortasse etiam referendus est ille versus, qui est apud Polluc. IV. 59:

Ὅρχομενὸν Χαρίτεσσιν ἀΦαρῆσιν ὄρχηθέντα.

nam verisimile est hunc poetam, fortasse etiam Eratosthenem, extremo carmine quaedam de Hesiodi sepulcris adjecisse, de quibus conferas, quae Welkerus exposuit in Opusculis suis, quae ad litterarum graecarum historiam pertinent, T. I. p. 154 seqq.

Jam quae praeterea de Eratosthenis Erigone dicenda sunt, ea expromam proxime.



Superest, ut exponam de quaestione quae proximo anno iterum philologiae studiosis proposita fuit. Postulaveramus, ut

Historia artis grammaticae apud Romanos, qualis inde a primis initiis usque ad Augusti aetatem fuerit, quam accuratissime describeretur, ita ut maxime etiam doctrina, quam Varro secutus est, illustraretur.

Sed cum nemo ad illam quaestionem solvendam accesserit, jam novam in annum proximum proponimus hanc, ad quam speramus lubenter animum et industriam conversuros esse, qui antiquarum litterarum studia naviter et eo quo decet amore complectuntur:

Exponatur, quid Aristophanes Byzantius ad Homeri carmina et emendanda et explicanda contulerit, ita ut non solum diligenter colligantur, quae huc pertinent, sed etiam inquiretur, quid probandum quidve rejiciendum sit.

Ipsam diei natalis splendorem vir excellentissimus et clarissimus, collega conjunctissimus,

HENRIC. CAROL. LUDOLPH. A SYBEL,

PH. D. AA. M. HIST. P. P. O.

oratione in auditorio majore habenda illustrabit. Cui solemnitati ut frequentes interesse, oratorem publice constitutum audire, bonaque vota concipienti favere velint, *Magnificus Academiae Prorektor, Magnificus Procancellarius, Professores omnium ordinum summe venerabiles, illustres et consultissimi, excellentissimi,*

tissimi, quotquot praeterea in quocunque honoris ac dignitatis gradu constituti bene Academiae cupiunt et bonis artibus favent, juvenes denique disciplinae nostrae crediti ornatissimi atque suavissimi, ea qua par est observantia oro rogoque.

Märburgi die v. m. Julii MDCCCLVI.

MAR 1 1921

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES

0021051763